

*Redempti estis pretioso sanguine,
quasi Agni immaculati Christi.*

Lectio Epistolæ primæ beati Petri apostoli

1, 17-21

Carissimi:

- ¹⁷ Si Patrem invocatis
eum, qui sine acceptiōne personarum
iūdicat secūndum uniuscuiusque opus,
in timōre incolātus vestri tēpore conversāmini,
¹⁸ sciēntes quod non corruptibilibus argēto vel auro
redēpti estis
de vana vestra conversatiōne a pātribus trādita,
¹⁹ sed pretiōso sāguine
quasi Agni incontamināti et immaculāti Christi,
²⁰ præcōgniti quidem ante constitutiōnem mundi,
manifestāti autem novissimis tempōribus
propter vos,
²¹ qui per ipsum fidēles estis in Deum,
qui suscitāvit eum a mōrtuis et dedit ei glóriam,
ut fides vestra et spes esset in Deum.

Verbum Dómini.